

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Disputatio Secunda De Religione Eclectica Seu Prudentum
ad Locum 1. Thessal. V.21**

**Hardtschmidt, Johann Nicolaus
Winter, Johannes Christoph**

Argentorati, 1705

VD18 11641991

§. 4

urn:nbn:de:bsz:31-105849

nomen Prudentis non competit; Si de verè prudentibus, pīis scilicet, qualem prudentiam religio requirit, intelligas. Non videbimus tamen ipsis nomen eo sensu, quem Paulus 1. Cor. 1.19. 20. 21. 26. expressit, quæ sapientia illorum est, quam DEUS destruet, sapientia seculi hujus, quam DEUS infatuavit, mundi hujus sapientia, quæ non novit DEUM, sapientia secundum carnem, à qua sapientes & prudentes dictos DEUS non elegit; Est enim confusio, pax Samaritana & Athieca, infidiosa; uti non nemo ejusmodi Syncretismum vocat; & ex Schola ac Disciplina Machiavelli, filio Epicuri audit. Quis vero hanc religionem prudentum dixerit, nisi abusivè, & quibus nominibus rei vera nihil subsit, nec vera scilicet Religio, nec vera etiam Prudentia; sed potius, calliditas, & ingenii humani versutia, quæ ita vult timere DEUM, ut cumen non offendat diabolum.

§. 4

*g. 4.
Crassissima
Species.*

Patebit si primam speciem crassissimam, die allergrōbstē Artē in genere tantum intueamur, qua religio tantūm, inventum Religionis Status ein Staats-Streich (ut p. 12. audit) dicitur. Non imputo autori, qualis hanc prober, de ejus judicio n. p. 13. c. 3. constat, & suo loco videbimus; sed hoc est, quod ad praecedentia probanda, monendum, non esse religionem dicendum hunc vel Atheismum vel Syncretismum universalissimum, ut ab aliis veriori vocabulo appellatur. Feroboamicus syncretismus est, ex Ethnicismo, Judaismo, Christianismo &c. mixtus, sub quo omnes omnino religiones, & omnium religionum homines comprehenduntur, qualis fuit Samaritanismus conflatus ex Ethnicismo & Judaismo, distinctus secundum diversa tempora in Feroboamicum, Chutteum & Garizitanum: item Mahomedismus, uti B. D. Bebelio dicitur, à quibus nominibus autorem (fictum scil. Ermeling.) abhorrente non posse vel debere, probant, quæ leguntur cap. 3. p. 15. 16. ubi Mahomedis religionem totam ad rationem status compositam, & vocat recte, & rejicit p. 17. conferatur de his prolixib. noster D. Danh. myster. Syncret. det. & prof. pag. 10. seqq. Non est hæc Religio dicenda, sed Syncretismus Pseudo-politicus, qualis Herodianorum, qui habuerunt aulicam quandam Theologiam, quam tempori accommodabant, --- Quales hodie etiam multi inventuntur,

niantur, qu
doctrinam eff
em (que co
vi ex b. C
varia hujus
nomina & g
tijou Pseudo
Machiavello,
Conzen. lib
logi inversio
tatem, quam
gruentem, fal
fiata prefera
nuptijs; fin
ill. est, que
nnandus.

Nec m
rum, die grobe
nachdem es d
canquis credit
pro & milita
einde forte cr
pliciter omnini
led squarundas
mildebant Naz
Tom. post p.
Judei, nec Iuda
zof. tales Sym
njum & Eth
qui quid omnes
celum est, idem
verum inquirat
now. Talis era
zu, cujus autor
legi Christi &
Christi turbato

DISSERTATIO IV.

49

niuntur, qui singularem quandam, & politicam dexteritatem vel industriam esse arbitrantur; si latam illam & latè vagantem religionem (qua cordatoribus Germanis dicitur die grosse Religion) colunt; uti ex b. Chemnitio notat b. D. Danhau. l.c. p. 23. seqq. conf. varia hujus Universalissimi & Crassissimi Atheismi vel Syncretismi nomina & genera apud eundem l.c. p. 40. Recte hic Syncretismus Pseudo-politicus, Atheicus dicitur, & Machiavellicus, à Nicolao Machiavello, de quo b. Danh. Myst. Syncret. det. p. 10. ex Adam. Conzen. lib. 1. polit. c. 1. hæc notat: Ejus (Machiavelli) de catalogus inversis sic habet: (1.) Religio rationi statutus famuletur. (2.) Pietatem, quam non habet, pre se ferat. (3.) Religionem statui congruentem, falsis miraculis firmer. (4.) Religionem Ethnicam Christiana præferat. (5.) credat virtutes si vere ad sint, & serventur, perniciosa, si inesse putantur, fructuosa. Hæc illa Religio Prudentum scil. est, quæ crassissima species, verè est atheismus ad orcum damnandus.

§. 5.

Nec multò melior est secunda species, crassa Religio prudens, die grobe Art wann man glaubt/ daß man alle Religionen/ nachdem es die Zeit und der Muß erfordert/ annehmen könne; die grobe Art.

Secunda species

qui quis credit, quod quis possit omnes accipere religiones, prout rempus & utilitas postulant. ita fictus Ermeling; ubi notamus, potuisse forte crassam respectu crassissimam illam dici, quæ non impliciter omnium Religionum confusionem tantum admittit, sed quarundam tantum, ut Judaismi & Christianismi, quæ commiscebant Nazarai, de quibus b.D.Bebelius Hist.Eccles.sæcul.4. Tom. post p. 647. §. 18. Nazarei dum volebant Christiani esse & Judei, nec Judei erant, nec Christiani, judicio Hieron. Ep. XI. ad August. tales Symmachus & socij, qui indifferentium inter Christianismum & Ethnicum statuebant: equum est, dicebat Symmachus, quicquid omnes colunt, unum putari, eadem spectamus astra, commune cælum est, idem nos mundus involvit. Quid interest, qua quisq; prudentia verum inquirat? uno itinere non potest perveniri ad tam grande secretum. Talis erat crassus Syncretismus minus universalis Pseudo-Apostolicus, cuius autores erant dogmate οὐρανού, per mixti Evangelij & Legis Christi & Mosis, ac ideo novi Evangelij concionatores, inversores, Christi turbatores; vid. b. D. Danh. Myst. Syncret. p. 11. seqq.

G 2

hic